



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi**

**Puente, Luis de la**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

§. 4. de Obedientia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43347**

ne) consilio Doctorum & expertorum virorum, qui nouerint limites præscribere, intra quos se debeat continere, iuxta suas necessitates, vires corporis, & spiritus, & dispositionem, aut indispositionem internam.

**D E N I Q U E** proponendum, quod externa pœnitentia, & misericordia opera utilia sint, & interdum etiam obligatoria: ac propterea tanquam talia debent valde commendari: supponendo tamen, non debere vlo modo sub prætextu cùm Orationi prætermitti, quando vel charitas ea exigit, vel præscribit obedientia.

§. IV.

*De Obedientia.*

**P R I M U M**, hæc debetur præcipue Dei præceptis, & Ecclesiæ; & ijs personis, quibus quisque iuxta leges, & statum, in quo versatur, debet subiectionem: quales sunt Prælati Ecclesiastici, & sæculares, parentes, viri & similes: quæ Obedientia & obligationes, quibus omnes in suis statibus obstringuntur, præferri debent constitutis Orationis temporibus, præcipue prolixioribus.

**D E I N D E**, esse valde vtile, & in sancta Ecclesia uniuersim usitatum, & vt tale approbatum, vt alij ab alijs Sapientioribus magisque expertis gubernentur, & ditigantur: obstringere autem se voto huiusmodi gubernationi, existentes extra statum Religiosum, eti aliquando recte fieri possit: Ordinariè  
Bb 2 tamen

tamen id fieri non debere: nisi magna ac diligenter maturitate, & consilio præmisso. Nec tamen hoc est, quod sancti Officij Decretum damnat; sed aliud quid ab hoc diuersum, quod multis malitiaditum præbet; affectum, inquam, inordinatum quorundam hominum deceptorum, qui, ut liberius tutiusque dominari possint facultatibus, & ipsis personis poenitentibus, eis suadent, aut etiam cogunt, ut statim, atque ipsis contentur, voto quodam se obstringant, nihil festos magni aut parui, etiam ad quod dimino præcepto tenentur, nisi ex ipsis præscriptis. Obedientia. Quamobrem necesse oratione est, post explicari, quanti sit momenti decima quinta regula Sacerdotum, de non admittenda Obedientia poenitentium: licet ea regula facta sit ob alias sanctos, & iustos fines, valde distinctos ab aliis quibus sanctum Officium fuit inductum ad eiusdem decretum constituendum, & promulgandum.

## V.

*De Confessione, & Communione.*

**P**RIMVM, benè obseruandum, ut quando generalis confessio in casu necessitatis fuderetur, id fiat, diligenter attendendo, ne cogatur poenitens huic vel illi Confessario eam facere; & multò minus sibi ipsi: licet meritò debet commendari, ut viro alicui docto, & magnus experientiae fiat. Sed simul declaretur, in quibus suis tantum esset utilis: & in his liberum relatur omnibus, sequi suam deuotionem in ei-

